

75.

Ceremoniale episcoporum Vratislaviensium.

Cod. membr. fec. 15 exaratus, in fine mutilus. Recentioribus temporibus auerit ad bibl. Reg. (forsan ex libris Grundmanianis?)

76.

Petri de Riga Aurora.

Quod in hoc cod. primum apparet folium (nam quod vere est primum, abest) incipit a versu: Si firmo sensu scripta notare velis. Librum Machabaeorum, quo clauditur V. T., excipit Recapitulatio edita a Leysero p. 704, sed in nostro cod. prologo caret. Sequitur N. T. historia, quam excipiunt liber Jobi et cantica canticorum. Ultimi hujus libri simulque totius codicis ultimus versus hic est: Dependens veterum patrum de germine natus.

Cod. membr. 87 folior. in fol., fec. 13 exaratus, litt. inict. pictis et auratis. Ideo magnificandus est, quod librum talem exhibere videtur, qualem Petrus ipse scripsit, non ex interpolazione Regidii. Notitium dedit Götze in Merkur. III, 483. In interiore parte posterioris tegumenti leguntur haec manu fec. 15 exeuntis aut 16. incuntis inscripta:

- " Hic jacet Eucardus notissimus Vriberg Andreas
  - " Vir ... mensis claudus hunc loc.
  - " Religiosus erat frater sacri ordinis  $\frac{3}{4}$  almi
  - " Dominici, ac verus servulus ipse dei.
- " Alia reperiuntur alibi."

(Elev. 7.)

77.

a) Serapionis, <sup>episcopi Thmopolitani,</sup> ~~liber I. et II. et III. et IV. et V.~~ contra Manichaeos, graece et lat.

b) Titi episc. Bositrensis contra Manichaeos lib. I - III, gr. lat.